



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XXX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

rolshouianæ feminæ artritide laboranti sanitatem, & naufragis in Rheno vitam tulêre. *Surius in vita eius.*

## XXII.

**E**SSENDIÆ S. LVTRIDIS *Virginis*, B. PVSINNÆ *Sororis* genuinæ sanè illi, & moribus & sanctitate ita Germanæ, ut qui alteram, utramque nôrit. Corpuseius olim omnibus venerationi fuit, quod non ignorarent maiores nostri se beneficentia illius pluviam è Cælo in siccantes agros elicere. *Ex tab. Patrie.*

## XXIII.

**R**ESSA CLIVIÆ *Vrbs* ad Patrum usque memoriam in suburbano suo campo celebre olim *egit Festum S. Georgij*; quem memorant horridum & immanem Draconem signo Crucis precibusque extinxisse. Sacellum elegans (reliquijs translatis) nomini eius dicatum, bellorum cælique iniurijs excisum penitus iacet. *Ex Ann. pat.*

## XXX.

**S**HILDEGARDIS B. RICHEZÆ *Palatinae* con-sanguinea, *Filia* erat GEROLDI *Comitis* &  
M. 2. *Boice*

*Boica Prætoris, S. CAROLI MAGNI Coniux, ex quâ tergeminos stirpis virilis CAROLVM, PIPINVM, LVDVICVM: & totidem muliebris, RATRVDIM, BERTAM, GISLAM suscepit. Divinis rebus perpetuò & Eleemosynis cum primis, alijsque virtutibus ita addicta ut omnes ad sui amorem excitaret; suâ se humilitate ita involvebat etiam illo in splendore famæ & generis vt insigni sanctitatis nomine inclaresceret. Rara illi dies præterfluxit, quâ nõ egenos Eleemosynâ recrearet. Singulis moriens in Gynæceis ita attemperatè pia sua monita suggerebat ut *Sanctam* ab excelsa virtutis existimatione appellarent. CAMPIDONENSIS etiam *Abbatia*, facilè Principalis Conditrix; gratiæ & naturæ donis excellens diuitem virtutibus animam cælo reddidit. *Bau: Sanc: in vit. Car. M.**

Neoburgi die arbitrariâ, in Aprili ad templum Ioshovenſis collis Anno MCCCLXV. à venerabili Domino ALBERTO Episcopo Ecclesiæ Caſtorienſis, in honorem S. Crucis XI. Cal. Septem. consecratũ, educitur Processio. Cui præter Cineres S. Pancratij, & Molarem Dentem S. WILLIBALDI Episcopi Eistett. imposuit insignem longitudine & latitudine S. Crucis partē, ut geminâ in charta & plumbo

& plūbo testatur inscriptio, quā, sub plus septuagenario id loci Lutheranismō, in fracto altaris cum alijs Reliquijs anno M. DC. XV. XII. die Mensis Octobris, Diuino beneficio reperit postliminiō Parochus Catholicus cum Religione sub idem tempus introductus. Eædem porrō Reliquiæ cum quibusdam alijs, de SS. Martyribus Achatio, Sulpitio & Aurelia, deque S. Wolffgango à Reuerendissimo & Illustrissimo Principe, ac Domino Ioanne Christophoro Episcopo Eistettensi anno reparatæ salutis M. DC. XVIII. XXI. Maij, supplicatione indictâ comitantibus *Serenissimis Principibus* Populōque Neoburgensi, Feriâ secundâ Rogationum in hoc templum S. Crucis & Omnium SS. delatæ sunt: Qui benedicti in æternum & ultrâ.

## MAIUS.

## III

**S**ANFRIDVS ortus illustri Cliviorum Ducum sanguine, in Episcopum XVIII. *Ultraiectina Ecclesie*, miro omnium consensu eligitur. Morum sanctitate, in primis que in DEVM ac SUPEROS Religione, *se familiamque suam illustrans*, eius studium ut augetet, nobilissimum.

M 3

Amers-